



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Quomodo intelligendum sit, Percussit petram, &c. ca. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

habuit multa vidit, sed pauca innotuit; confessus est tamen tribus vicibus sibi dominum apparuisse; prima vice in cruce ante gradum presbyterij; secunda in candidis vestibus ante maius altare; tertia in ignea forma desuper altare: cui cum Saluator diceret; (puto quod in prima fuerit apparitione) Daniel pete a me quod vis, & fiet tibi: ille, respodit; Domine, sufficit mihi gratia tua, nil aliud a te peto, nisi tantum ut lacrymas habere possim, quotiens passionis tuæ fuero recordatus. Et Dominus, Habeas tibi hanc gratiam. Ab illa hora, sicut audiui, quando de passione Christi cogitare aut loqui caput, mox lacrymæ eruperunt: nec mirum, Christus Iesus ipse est filius ille limpidissimus, qui aquas in- *Num. 20*
deficientes filii Israël ministravit in deserto; Bibebat omnes de spiritali cōsequente eos petra, petra autem *1. Cor. 10*
erat Christus. APOLLONIVS: Quomodo est intelligē-
dum quod in psalmo legitur: Percussit petram, & hu- *Pf. 104*
ixerunt aquæ, abierunt in sicco flumina? CÆSARIVS:
Nota est de hoc historia, allegoria satis vñitata: idcir-
co aliquid tibi dicere volo, quod præsenti visioni con-
gruat, & mentem tuam moraliter ædificet.

CAPUT XII.

Percepit petram, & cæt. secundum sensum tropologicum, id est moralē intellectum, Moyses homo est claustral, quem regis filia, id est gratia diuina, misericorditer tulit de flumine vitæ secularis: interpretatur enim Moyses, sumptus ex aqua. Petra, cordis est duritia; virga, crux Dominica; percussio, passionis Christi recordatio; petra scissio, cordis est cōpunctio. Bis Moyses, ut legitur, percussit silicem, & tunc primum profudit aquam: primus ictus pertinet ad passionis Christi memoriam, secundus ad passi cōpassionem. Iudeus silicem semel percutit, quia Christum passum quandoque cogitat, sed non compatitur, & ideo cor eius scindi non potest ad lacrymas, quibus abluit sua peccata: tu vero, si cogitationi compassiōnem addideris, petram bis percutis, & vix esse poterit, quin cor tuum scindatur ad compunctionem, & flumina lacrymarum inde erumpentia per oculos exeat,

Gg 5

atque

atq; per maxillas decurrentia, quasi in sicco , humina
etiam impetu suo terram infundant. APOLLONIVS:
Placet quod dicis. CÆSARIVS: Quod Christi pa-
sio medicina sit contra tentationes , dicam tibi ex-
empla.

CAPVT XIII.

Christi **F**Verat in prædicto Claustro , quod alio nomine
passio me **H**emmenrode dicitur, iuuenis quidam bona in-
dicina est delis, & laudabilis admodum conuersationis , Petrus
contra **n**omine, de Cōfluentia orfundus, cui creberimas Do-
rentatio- minus Deus fecit consolationes, quædam ex his, quæ
nes dicturus sum de illo, superius tibi recitaui, quæ idcir-
co replicare dignum duxi, quia postea eadem pleniū
& veritas à quodam eius cōfratre familiarissimo cog-
noui. Nam audiuuit aliquoties voces psallentium in
sublimi. Quadam etiam vice, cū ministraturus domi-
no Carolo Abbati quondam Vilariensi confessionem
dixisset, & absolutionem de more deuotiæ acciperet,
audiuit vocem de cœlo dicentem sibi: Dimissa sunt
omnia peccata tua. Alio etiam tempore, cū Sacrifice
missam celebraturo ipse astaret, & lampas extincta
fuisset, lumen aliunde afferre volens, sed angustia té-
poris præoccupatus non valens, flatu lampadem reac-
cendit. Sanè huic iuueni studium erat, semel in die ad
minùs reuoluere & recitare sibi sanetissima & dulcis-
sima passionis Christi impropria, gratiarum spiri-
tualium efficacissima incitamenta: in quo studio tan-
tam per dimidium circiter annum difficultatem pa-
sus est, ut, quasi non sibi valerent huiusmodi medita-
tiones, arbitrii debuissent: tandem cū perstitisset pul-
sans, & illatas sibi injurias & difficultates indefessus
effregisset, secreta illa Christi violenter intravit, ac
deinceps sine difficultate, & quasi ad manum paratis
quotidie epistolis, meditationibus illis suauissimis cū
magna iocunditate usus est; in canone quoque non
magnopere curabat orare, sed de passione Christi me-
ditabatur. Habebat item in desiderio, & tam humili-
ter quam vehementer optabat reuelari sibi diuinitus
aliqua imagine yultum Saluatoris, ut cū meditat-
debū-